

**3813** [=3585] cippus. Capuae in pariete domus Iulii Gannelli ACC.; in aedibus privatis PIGH.; in D. Conceptionis a parte austri GARIGL.; strada del Retiro EGO a. 1846. Iam in museo Campano.

N E P T V N O  
SACRVM

!!!!!!  
!!!!!!  
5!!!!!! V S  
VOTVM · IN · SICVLO · FRETVM sic  
SVSCEPTVM · SOLVIT

Descripseri et recognovi. Accursius n. 22 (inde Mur. 55, 5 e schedis suis); Pighius cod. mus. f. XV ab eoque Smetius ms. Neap. p. 97, ed. 26, 12 (inde Waelsch ms. f. 74. 75;

Grut. 62, 6); Guallerus tab. Sic. n. 404; Gariglianus n. 8; Maza apud Mur. ms. 21, 231; Pratilli p. 289; Romanelli *viaggio a monte Casino* p. 19.

5 ductus qui apparent, sed fugientes, ego diversis temporibus excepi diverse: /TIV//VS, item //NI/NINIHS, item SIINI/LBVLVS.

**3814** rep. in S. Mariae anni sono VECCH.

NVMINI AVGV<sup>st</sup>  
CC · VESI FOR<sup>lunatus et</sup>  
CVM AEDICVL

Vecchioni disc. I l. X in excerptis Pratillianis f. 9'.

**3817** scriptum est in lapide tophaceo qui repraesentat deam sedentem in solio et infantes sex in sinu tenentem. Rep. in sacrario detecto alle Curti in praedio Patturelli. Hodie Berolini in museo.

QVART<sup>A</sup> caput CONFLE<sup>IA</sup>  
V · S deae M · L

Recognovi. Iannelli *Commiss. di Caserta* 1875 Dec.; Duhn *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 182.

**3818** in simili statua simul rep. et adservata cum praecedente.

s e Q u N D A  
SOLAN caput IA · L · F  
deae DAT

Recognovi et emendavi. Iannelli *Commiss. di Caserta* 1875 Dec.; Duhn *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 182.

**3819** in simili statua. Capuae in museo Campano.

////MA  
deae  
sedens

Descripseri. Duhn *Bull. dell' Inst.* 1876 p. 182.

**3820** rep. a. 1864 ad S. Leucii extra S. Erasmum.

EST X  
RESCENS · EX VOTO

Dedit Iannellius Nissen.

**3821** [=3577] ad S. M. majoris in loco q. d. la Torre di S. Elmo inter rudera theatri rep. ab Hieronymo d'Uva inter a. 1620 et 1640 una cum columnarum statuarumque fragmentis. Is dono dedit sacerdoti Stephano Bovenzo, quo defuncto magistratus Capuani comparaverunt titulum posueruntque a. 1665 sub arcu S. Eligii PASQVALE. Ibi viderunt POSTERIORES vidique EGO. Hodie est in museo Campano.

A sinistra rotam grandem, quae machinam movet, enixis viribus agunt duo homines; sublatis machina lapidibus columna efficitur; inter columnam et rotam marmorarius sedet in capite columnae scalpendo occupatus. Columnae adstat dextram ad eam protendens Minerva galeam et aegidem gerens. Medium tenet Iupiter cum fulmine et sceptro solio insidens. Ad sinistram adstat ei Diana, tunica succincta nudisque mamillis, pharetram in umero gerens, dextra arcum, sinistra hastam tenens. Pone eam ara est, in quam patera libat femina (Fortuna fortasse) capite velato, sinistra copiae cornu tenens, a cuius tergo serpens magnus, crista barbaque insignis erectus conspicitur. Supra eum feminamque inscriptum est:

GENIVS theA TRI

Subscriptum est:

LVCCEIVS · PECVLIARIS · REDEMPTOR · PROSCAENI  
· EX DISO · · FECIT ·

Recognovi. Gio. Pietro Pasquale soc. Iesu in commentariolo *memoria d'un fatto illustre di Capua antica* (Neapoli 1667. 4. foll. 10 non num.; vidi Capuae apud Iannellium) primus hunc titulum proposuit aere expressum, ut eum delineandum curaverat Camillus Pellegrinus. Ex hoc libello titulum repetivit Mabillon mus. Ital. p. 403 aeri incisum (inde Fabrett. 78, 90). Habent item Ajossa apud Mazochium ms. et Pratilli p. 309. Diligentius meliusque incisum dedit Mazochi amph. Camp. p. 158 tab. 1 (inde Millin *gal. myth.* 38, 139). Idem cum in adnotationibus ed. Gravieriae apparatus Pellegriniani 2, 285 citat COCCEIVS · PROSCENI · REDEMPTOR, memoria deceptus de hoc lapide videtur cogitavisse. Orelli 1713. De anaglypho egerunt O. Iahn in actis minoribus soc. Lips. 1864 p. 302 et H. Jordan in comm. de Larum imaginibus (ann. inst. arch. 1862 p. 333).

**3822** [=3587] Capuae AVG.; nel cortile della casa piccola del Duca di S. Cipriano presso il Seggio detto Antignano RIN.

SER · SVETTIVS · SER · I  
CIMBER · V · S · M · L · M · S  
L · TAMPIVS L · ACERRATIVS  
II VIR AED · L · D

Augustinus cod. 3528 f. 53 et apud Peutingerum cod. 527 f. 7' a Bapt. Barbaro; Rinaldo 1, 223.

1 fin. deesse quiddam non notatur. — 3 TAMPIVS Aug., PAMPIVS Rin. Ser. Suettius Ser. [l(ibertus)] Cimper v(otum) s(olvit) m(erito) l(ibens) M(ercurio?) s(acrum?). L. Tampius Ilvir, L. Acerratius aed(ilis) l(ocum) d(ederunt). Quod in ed. 1 proposui: v(ovit) s(ervus), m(anumissus) l(ibens) m(erito) s(olvit) reiciendum est propter ordinem verborum male inversum.

**3823** [=3589] La famiglia Cluvia io credo che era padrone del bosco di S. Leuci in Briano e quivi avesse il laco familiare e sacello, perchè anni sono in una fornace di calci rinvenni ivi una lapidetta di marmo lunga p. 2, larga p. 1 colle lettere maiuscole:

SACRA · CLUVIANA

La quale da me si conserverebbe, se infranta non si fosse nell'atto di alzarla, credo che il fuoco l'avesse macerata.

Haec narrat Esperti, i. e. Daniele Caserta p. 59. — Vereor ne errarit in hoc evanido titulo describendo vel deceptus sit amici mendacio vir optimus.